

Franckesche Stiftungen zu Halle

Observationvm Philologicarvm Decadem

Dehn, Johann Heinrich

Regiomonti, [1729?]

VD18 13484982

Observatio VI. in Math. VI. 2.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:ha33-1-216539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:ha33-1-216539)

sint vera, unde probatur, & h. l. esse sermonem de templo, vitia Sacerdotum taxari, aliorumque petulanter templum frequentantium? certe non ex antecedentibus. Melius habent alii hanc Phrasin pro descriptione illorum ministrorum Regis, qui vel jussu magistratus, vel proprio ausu, bona, fortunas, pauperum invadentes, diripientes, domus alienæ limitibus, insilientes, præ lætitia ditissimæ prædæ in domum vel magistratus, vel propriam insiliunt, quasi re bene gesta, verbo, tales intelliguntur, qui cum Neronis amicis co laborant, *ne quis quicquam habeat.* conf. *Glassum in Philol. S. p. 20, 55. Syrus, Vatablus, Castalio, Drusus, Junius & Tremellius, David Martin in Bibl. Gall. in h. l. Il vaut mieux, inquit, les prendre comme une plainte, contre ceux qui se faisoient un plaisir d' entrer dans les maisons d' autrui, pour les piller. Tossanus in annot. bibl. in h. l. Jo. Olearius in Bibl. Germ. Calvinus T. III. Opp. p. 526. Eduard. Leigh in Crit. S. P. I. p. 43. Lutherus* *cujus verba habes apud Calovium in Bibl. Germ. in h. l. Gleichwie er / inquit, die gottlosen Fürsten gescholten/ und ihnen sambt des Königes Söhnen / die Gefängniß angedrohet / also kommt er nunmehr an die Fuchs- Schwänzer und Diener der Fürsten / die ihren Herren / wenn sie unrecht thun/ beyfallen und Heucheln/ Springen aber nennt er geil und sicher seyn/ als die sich auf ihre Herren verlassen/ und ihnen zu willfahren sich bemühen / und daher die armen Unterthanen mit falscher Maasß und Waare betrogen/ auch andere / unbilliger / öf fentlicher/ gezwungener Weisß unterdrücken / daß ihre Herren das durch reich werden sic & A. Esra.*

Observatio VI. in Math. VI. 2.

Cum ex mente Ebraeorum, maxime *Maimonidis in הלכות עניים מתנות c. X. §. I.* in nulla re major sit adhibenda cautio, quam in eleemosynis erogandis, (insigni seminis justii Abrahami, Gen. XVIII. 19. quibus regnum Israël stabilietur, Es. LIV. 14. captivitasque ejus in libertatem convertetur, Es. I. 27.) imo cum in *Bava bathra f. 9. col. 2.* illum qui in occulto dat eleemosynas, Mosi anteponant, juxta illud : *גדול העושה צדקה בסתר יותר*

רבינו ממשה יותר patet inde, & Servatorem non sine caussa τὸ πρὸ-
σέχειν ἐλεημοσύνη docuisse, & Phariseorum fastum in illis erogandis
fuisse inexcusabilem. σαλπίζειν hoc loco mihi non videtur locutio
metaphorica & proverbialis, ut idem sit ac histrionum more, se osten-
tare, res suas per buccinas publicantium, sed nullus dubito adferere,
proprie hæc esse intelligenda (1.) à sensu litterali, ut & h. l. rece-
damus, nulla nos urget necessitas nec absurditas, (2.) contextus
evincit, omnia quæ in Phariseis taxantur, proprie sunt sumenda,
quidni & hoc? (3.) res ipsa & intolerabilis illorum fastus, quidni
illos ad extraordinaria omnia rapere potuit, qui illos ad magis ἀτοπα
impellebat, omnes actiones ex venenato hoc profluebant fonte, ἵνα
βλέπωσι, quare stabant in plateis, biviis, compitibus, ubi ingens
hominum caterva confluit, ut viderentur. Quo commodiori autem
instrumento populus ad spectaculum erogationis eleemosynariæ elici
potuit? quam buccina. (4.) Ipse *Ligistootus*, quamvis dubius hæ-
ret, ac quomodo explicet, nesciat, adducit tamen illud in *Hieros. De-*

μα: f. 23. נבאי צדקה בי ט לא יהו מכריזין כדרך שמכריזין בחור
; Exauctores eleemosynarum non proclamant die festo, sic-
ut communi, sed exigunt clanculum & reponunt in sinu En, ex
illo loco concluditur, buccinas in præstandis eleemosynis fuisse ad-
hibitas, quid enim proclamare aliud est, quam publicare, quo
vero aptiori instrumento illud effici potuit, quam buccina. Elee-
mosynarii erant ex parte præfecti Synagogæ, in ea erat tuba, qua res,
quas publico cœtui voluere esse notas, annunciarunt, hinc facile buc-
cinam ex Synagoga petere poterant, ut elicerent ditiores ad imitatio-
nem. Imo ad quid (5.) לשכת חשאי *Gazophylacium silentium*,
quo eleemosynas suas reponebant religiosi, nolentes, ut illæ publi-
carentur, si non aliqui publico hoc signo usi fuissent ad osten-
tandam liberalitatem suam. En rationes, ex mea quidem opinione,
satis probabiles, pro proprietate litteræ dimicantes. *Steph. le Moyne*
in Var. S sententiam ipsi defendendam relinquimus, qua putat, ha-
buisse Phariseos cistam ad modum buccinæ efformatam, ex ære tin-
niente, hanc illis esse prælatam cumque magno impetu injecerint do-
na, totam plateam tubæ hujus tinnitu perlonasse. conf. ceterum ven.
D. Job. Gottl. Carpzovii diff. de Eleemosynis Judæorum Lips. 1728. M.

Dan.